Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

22

in rodanū puluerē iussit spargi. Sed postquā hec gesta sunt: cū xpiani am
nę rorem maximū haberent quasi deperissent beate reliquie. nocte
apparuerunt uiris fidelib; in eo loco quo igni traditi sunt: stantes inte
gri ac illesi. et conuersi ad uiros dixerunt eis. Reliquię nostrę ab hoc col
legantur loco. quia nullus periit a nobis. Ex hoc enim translati sumus
ad requiē: quā nobis promisit rex celorum xpc. per cuius nomine passi su
mus. Hec renunciantes uiri illi reliquis xpianis. grãs egerunt
deo. et confortati sunt in fide. collegeruntque sacros cineres edificaue
runt basilicā mirę magnitudinis in eorum honore. et sepelierunt be
ata pignora sub sancto altare. ubi se semper uirtutib; manifestis
cū deo habitare declarauerunt. Locus autē ille in quo passi sunt
athanaco uocatur. ideoque et ipsi martyres a quibusdam uocantur atha
nacenses. C. L V IIII. Igitur martyrio consūmatus
gloriosus photinus eps. qui lugdunensi prefuit urbi sacerdos
per certaminis nobilis meritū inuectus est celo cui et merito et
sanctitate condignus hereneus successit eps. Per martyrium et
ipse finitus. Hic in cripta basilicę beati Iohannis. sub altare
est sepultus. et ab uno latere Epipodius. ab alio Alexander martyr
est tumulatus. De quorum monumentis si puluis cū fide colligatur:
extemplo medetur infirmis. Magna enim claritas in cripta il
la continetur: que ut credo meritū martyrū signat. L.
Benignus autē dominici nominis testis apud diuionensium
castrū martyrio consūmatus est. Et quia in magnū sarcophagū
post martyriū conditus fuit putabant nostri temporis homines. et pre
sertim beatus GREGORIUS eps ibi aliquē positū fuisse gentilē.
Nam rustici uota inibi dissoluebant. et que petebant uelociter im
petrabant. Ad hoc ergo beati sepulchrū. quidā diu eadem multa be
neficia percipere cereū detulit: quo accenso domi redit. Puerulus